

d Cum quinq. testibus. ] Hic scias, quicquid sit de ista quaestione, quod testamentum coram quinque testibus minus solemnne, & sic nullum, cōseruat fideicommissum per clausulam codicillare, secundum communem opin. vt attestatur Soc. iun. conf. 82. nu. 2. vol. 4. & dixi etiā in collect. mea communium opin. verb. testamentum, num. 40. Giach.

pestis sufficit, quod testamentum fiat cum quinque a testibus: & fuit peregrinum dictū originale Bald. in l. fin. nu. 1. & in fin. C. de test. & hanc opin. dicit esse communem Dec. cōf. 289. n. 5. in fin. quē refert Ioā. Annib. in rep. l. nemo potest. nu. 65. in fin. ff. de leg. 1. Paris. consil. 32. nu. 6. lib. 2. & conf. 33. nu. 26. eo. vol. Ioan. Dilect. de arte testat. tit. 2. caut. 2. nu. 2. Contrariam autē opi. e quod scilicet etiamsi testamentum cōficiatur tempore pestis; propter hoc iura nihil dispensent circa solemnitates in ipso testamento requisitas; & consequenter, quod etiam eo tempore requiratur integer numerus septem testium, dicitur tenuisse Ang. in d. l. fin. C. de testam. qui tamen in libro meo hoc non dicit. Et ita attestatur communiter teneri Alex. conf. 177. nu. 8. lib. 2. quem refert Iaf. in d. l. fin. nu. 4. & Rubens conf. 165. num. 1. & Boer. decis. 228. post num. 10. Hanc etiam dicit esse communem Alex. conf. 70. post num. 16. lib. 2. quem refert Ripa de peste, in priuilegijs vltimarum voluntatum, nu. 7. Cor. conf. 68. in littera 1. lib. 1. Soc. conf. 85. num. 6. in fin. lib. 4. Crotius in tract. de testibus nu. 11. Bertran. conf. 212. num. 3. lib. 1. in 2. part. & conf. 233. post nu. 8. lib. 2. in 2. part. Apostil. ad Aret. in l. haeredes palā. in princ. post num. 6. ff. de test. Bauer. in §. sed hęc quidem nu. 23. & seq. Instit. de test. Af. flict. decis. 25. num. 2. vbi etiā refert ita iudicasse consilium Neapolitanum, prout etiam iudicauit Parlamentum Burdegalense, vt refert Boer. in allegata decis. 228. in casu tamen, in quo pestis non erat magna.

4. Quæro an in testamento condito inter liberos sufficiat minor & numerus, quam septem testium? dixi supra q. 8. vers. Hinc inferitur.

5. Item quæro, quid in testamento condito ad pias causas? dixi supra q. 6. vers. Hinc inferitur.

6. Sed quid in testamento conditis in rure per rusticos, nunquid hęc solemnitas numeri septem testium pariter erit necessaria? Respon. quod non: sed in illis est speciale, quod sufficiant tantum quinque testes, & hoc ex dispositione l. & ab antiquis, quæ est lex fin. C. de test. vbi est de hoc text. expressus. Et hęc quidem conclusio locum habet, siue huiusmodi rusticus testatur in scriptis, siue sine scriptis, & ita communiter tenetur, vt ait Alex. in d. l. fin. post num. 8. in gloss. in verbo, Scriptura. Hęc etiam dicit esse communem opi. Iaf. in d. l. fin. post num. 2. vers. 4. extende. Et ita obseruatur cōmuniter, vt attestatur Bar. in d. l. fin. nu. 1. Valet enim regulariter argumentum de testamento in scriptis ad nuncupatum, & e conuerso. Scias tamen, quod hoc priuilegium, quod conceditur per d. l. fin. conceditur personæ, & loco, copulatiue, scilicet rusticis, & in rure testantibus: & ideo, vt sit locus dispositioni d. l. fin. requiritur, quod vtrumque concurrat. Si ergo rusticus testatur in ciuitate, vel ciuis in comitatu, non gaudebit beneficio illius legis. Ita dicit Bart. in d. l. fin. nu. 2. & est cōmunis sententia, vt dicit Boer. decis. 228. post nu. 10. & hoc etiamsi esset tempus pestis, de quo tamen vide, quæ dixi supra, vers. Et hęc quidē.

7. Est etiam alius casus valde notabilis in hac materia: quia si aliquis testatur coram Imperatore, non est necessarius numerus septem testium, & est de hoc text. expressus in l. omnium, C. de testam. Sed quomodo quis dicatur testari coram

quod ruti habitant, pro maiori parte temporis, eodē priuilegio gaudeant, per notata Bartoli in d. l. conuincuntur, 8. §. codicilli, ff. de iure codicillor. & Vasquij d. §. 22. nu. 32. Harpr. Quod vtrumque concurrat. ] Item quod solemnitas d. septem testium in testamento relaxetur tantum rusticis, & in rure testantibus, in alijs autem non, sed denegetur. Item quod requiratur vtrumque, quod sit rusticus, & rure testetur, vnde si ciuis rure testaretur, quod non valeret, commune vtrumque dixi in collect. mea commun. opin. verb. solemnitas nu. 56. Giach.

K Si aliquis testetur coram Imperatore, non est necessarius numerus septem testium. ] Testamentum coram Principe, vel apud acta iudicis factum, propter fidem publicam, quæ omnem fraudis, & falsitatis suspicionem cessare facit, perinde subsistit, ac si solemnitatibus omnibus adhibitis factum sit. l. omnium 19. ibique Alexad. Iafon. Bald. Dauthius, & ceteri, C. de test. Domin. de Magdal. dict. tract. de numero test. in testam. requirit part. 1. c. 23. & 25. Boer. decis. 228. nu. 3. Mynfinger. cent. 6. obser. 20. Mascard. dict. tract. de probationib. vol. 3. concl. 1352. n. 47. Grafus d. §. testamentum, qu. 54. nu. 17. & 18. Reufner. in tract. de test. par. 3. cap. 12. num. 16. & par. 4. c. 18. & 19. Duaren. ad tit. ff. qui testam. fac. poss. sub tit. de effectu solemnitate seruata in testamento vers. cepimus ostendere, &c. Fachin. lib. 6. controu. iur.

14. residem sentientes refert. Hinc + posito statuto, seu consuetudine, cuius vigore testamentum coram duobus, tribusve testibus factum, ualidum est, quæri solet: an huiusmodi testamentum etiam alibi, ubi maior numerus testium exigitur, probato, ualidoque habendum sit; adeo ut hæres institutus in bonis ubicunque, etiam extra territorium sitis, ualeat cedere possit? Et perusque affirmatiua sententia non abique ratione ardet; eaque iudicando in Camera Imperiali obtinuit, teste Mynfingero, centur. 5. obseru. 19. numero 4. & Gailio libr. 2. 15. obseru. 123. nu. 1. Tum + quia testamentum ruri coram quinque testibus factum ubique ualeat. l. fin. C. de test. Tum + quia insinuatio donationis in vno loco facta porrigit effectū suum etiā ad bona extra territorij existētia, l. in hac sacratissima, 30. C. de donationibus. Tum + quia + decretum Iudicis, super alienatione rerum inuoluntarium minoris interpositum extenditur ad quæcunque bona, in quocunque territorio sita, l. magis puto, §. §. ilud, 12. ff. de rebus eorum, qui sub tutela, uel cura sunt, &c. Tum etiam, quia quocunque ad + solemnitates attenditur consuetudo loci, in quo actus celebratur, si fundus, 6. ff. de euictionibus, l. semper in stipulationibus, 34. ff. de regulis iur. l. prima; ibique gloss. & Gothofred. C. de emancipationibus liberor. l. 2. C. quemadmodum testament. aperiant. Cephal. conf. 170. numer. 2. i. uolum. 2. Sicut in contractibus quoque receptum est, ut locus contractus confideretur. Contractus quippe celebratus eum solemnitate requisita in loco contractus, extendit se ad omnia bona, licet in loco bonorum maior solemnitas requireretur, dicta l. si fundus, 6. de euictionibus, Alexan. conf. 37. nu. 7. uol. 2. Bartol. in l. 1. nu. 37. C. de summa Trinita ibiq; Salic. num. 13. Bald. nu. 17. Fulgos. 19. nu. 22. Iaf. nu. 44. & Gilchenius num. 59. Sic + testamentum, à forensi, siue extraneo conditum, seruatis solemnitatibus loci, in quo illud condidit, effectum quoque habere, quantum ad bona alibi sita, communiter placuit. Hancque conclusionē, post Bartol. Fulgosium, Franciscum Aretinum, Corneum, Tiraqueillum, Paul. Paris. Port. Gozad. & Gail. à citatos pluribus rationibus confirmat Gilchen. in d. l. 1. nu. 6. & seq. C. de summa Trinita. Eaque de re utriusque in partem latissimè dissertat Thad. Pucillo primo uariar. resol. cap. 1. nu. 19. Harpre.

Imperatore? Resp. quod si quis porrigat preces Principi, in quibus exprimat, qualiter de rebus suis disponat, dicitur testatus coram Principe, etiamsi princeps super huiusmodi precibus nihil rescripserit. Ita colligitur ex text. in dicta l. omnium. Sed quid, si quis non porrigat preces, sed oretenus coram Imperatore dicat se institueri Titium haeredem, vel similia, nunquid dicitur testatus coram Imperatore? Respondeo quod sic, dummodo de hoc appareat per aliquos testes. Et licet sit magna controuersa inter Scribentes, quot testes hoc casu requirantur: tamen magis communis opinio est, quod in saltem duo requirantur, vbi etiam vide per Hipp. Rimini. in §. 1. Instit. de donat. num. 358. ubi retulit Doct. opiniones, & ultimo Socin. iun. relatum etiam ab Auctore commun. attestantem d. conf. 138. Giachar.

12. n. Quid, si + ad statutum disponens, quod testamentum cōfectum coram duobus, vel tribus testibus ualeat. ] Statuto, siue consuetudine iudici posse, ut coram minori numero testium ualeat testamentum, probatur argum. l. ius ciuile, 6. ff. de iustitia, & iur. l. de quibus 32. ff. de legib. l. 2. C. quemadmodum test. aperiant. l. si non specialia 9. ibique Bart. Bald. Angel. Iafon. Fulgos. & communiter Doctores. C. de test. Michael Grassus d. §. testamentum, quæst. 54. nu. 23. Eiusque euidentis est ratio; quia solemnitas septem testium, solummodo iure ciuili introducta est, l. hac consultiissima, 21. C. dict. tit. §. sed cum paulatim. 3. Instit. de testam. ordinand. Ea + autem, quæ iure ciuili disposita sunt, contraria lege, uel statuto remitti, mutarique posse certum est, sed naturalia, 11. Instit. de iur. natur. gent. & ciu. l. 3. §. Diuus Hadrianus, ubi gloss. ff. de sepulch. uiolat. Vasqui de successione. creat. libro primo, §. 2. numer. 20. & lib. 2. §. 12. nu. 2. & lib. 3. §. 21. num. 44. cum seqq. Reufner. d. tract. de testam. part. 1. c. 4. nu. 3. 1. & par. 3. c. 12. n. 23. cum seq. Dauth. d. tracta. de test. tit. de testibus testamentar. num. 429. Gilchenius ad l. cunctos populos, §. nu. 57. & seq. C. de summa Trinita. ubi plur.

13. Instit. de testam. ordinand. Ea + autem, quæ iure ciuili disposita sunt, contraria lege, uel statuto remitti, mutarique posse certum est, sed naturalia, 11. Instit. de iur. natur. gent. & ciu. l. 3. §. Diuus Hadrianus, ubi gloss. ff. de sepulch. uiolat. Vasqui de successione. creat. libro primo, §. 2. numer. 20. & lib. 2. §. 12. nu. 2. & lib. 3. §. 21. num. 44. cum seqq. Reufner. d. tract. de testam. part. 1. c. 4. nu. 3. 1. & par. 3. c. 12. n. 23. cum seq. Dauth. d. tracta. de test. tit. de testibus testamentar. num. 429. Gilchenius ad l. cunctos populos, §. nu. 57. & seq. C. de summa Trinita. ubi plur.

QVÆSTIO LVII. SVMMARIA. Ex Claro.

1. Numerus septem testium, an requiratur in testamentis etiam de iure canonico, tractaturque materia cum esse de testam. Et an dispositio illius locum habeat etiam in testamentis con-

ditis ad causas profanas, ibidem. 2. Et an in foro temporali. Et an extra terras Ecclesie, ibidem. 3. Et an sufficiant duo testes loco parochiani. 4. Et an duo testes sine Parochiano.

ADDITIONES. QVÆSTIO LVII.

Sed quæro, quid de iure canonico, an minor numerus testium sufficiat. ] An + & quatenus iure canonico Testamentum, coram duobus, siue quatuor testibus factum, ualeat, præter Clarum hic

1. Habes ergo Conclusionem, quod ad validitatem Testamenti, requiritur numerus septem Testium, quæ quidem, secundum Ius Ciuile, nullam habet difficultatem. Sed quæro, quid de iure ca-

nostrum, & ab eo allegatos, diligenter explicant Fernan. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 21. numero 1. Dominicus de Magdal. in Tractatu de num. Test. in Testam. requirit, part. 2. cap. 8. num. 9. & seq. Michael Grassus lib. 1. recept. sentent. §. Testamen-



mentum, quæst. 56. Iosephus Matcardus in tractat. de probationib: vol. 3. conclusio. 1352. nu. 28. cum seqq. & Ioannes Dauth. in tract. de testamentis, sub tit. de testibus testamentar. numer. 428. Harpre.

fecerint voluntate, firma decernimus permanere. Videntur est igitur, nūquid hæc conclusio, quæ elicitur ex illo textu, scilicet quod in testamento sufficiunt duo testes, cum presbyteri sui interuentu, habeat locum solummodo in testamentis conditis ad pias causas, an

autem locum habeat, etiam in testamentis conditis ad causas profanas? Dein presupposito, quod habeat locum etiã in conditis ad causas profanas, an procedat in utroque foro, scilicet tam in temporali, quã in Ecclesiast. & tam in terris Imperij, quã in terris Ecclesiæ? Et in primis quidẽ multi tenuerunt, quod dispositio illius c. solummodo locum habeat in testamentis ad pias causas, & dixit Apostil. ad text. in d. c. cum eses, quod hæc est crebrior opin. Sed quidquid ipse dicat, tenenda est contraria opin. quod scilicet ille text. procedat etiã in testamentis conditis ad causas profanas. Et ita communiter teneri attestatur Ruin. conf. 14. nu. 4. lib. 2. & quod de iure canonico in qualibet vlt. voluntate sufficiant duo testes, & sacerdos, dicit esse communem Alex. conf. 177. nu. 2. lib. 2. Corn. conf. 137. in littera A. lib. 2. & conf. 261. col. pen. in littera C. lib. 4. quam refert Didacus in d. c. cum eses, nu. 12. Soc. conf. 138. nu. 5. lib. 1. quod est duplicatum, conf. 235. lib. 2. Boer. decif. 93. nu. 2. & seq. Si enim intellectus ad pias causas sufficiunt duo testes, secundum communem conclusionem Doctorum, vt dixi supra, q. 6. vers. Hinc inferitur, certe non potest in illis habere locum dispositio d. c. cum eses, per quã vltra duos testes requiritur etiam presentia sacerdotis. Et ab hac opinione, quæ est magis communis, vt etiam ex infra dicendis apparebit, & quam consuetudo approbat vbi que locorum, iudicio meo valde temerarium esset in practica recedere.

Quæ quidem conclusio de plano procedit in terris Ecclesiæ, in illis enim non videtur dubitandum, quin sufficiat duo, vel tres testes cum interuentu parochiani, iuxta dispositionem d. c. cum eses, & hanc opin. proculdubio est magis communis, vt attestatur Alex. conf. 47. nu. 2. lib. 2. & conf. 146. nu. 6. eod. vol. & Corn. conf. 18. in littera T. lib. 2. & conf. 137. in littera A. eod. vol. & conf. 168. in littera B. eod. volum. Ripa de peste, in prinul. contractuum, nu. 12. Paris. conf. 51. num. 13. lib. 3. Bello. conf. 14. nu. 3. Ioan. Dilect. de arte testant. 2. caut. 2. post num. 2. & intellige, quod hæc conclusio locum habet in terris Ecclesiæ, non solum in foro Ecclesiastico, sed etiam in foro temporali, vt statim dicam. Et licet Fulgos. conf. 29. nu. 1. & 2. dicat, quod hæc opinio non est communiter approbata, & quod imò contraria opin. est communis, quod scilicet in terris subiectis temporali iurisdictioni Ecclesiæ, non valet testamentum in non pias causas conditum, nisi seruata solemnitate iuris civilis: credo, quod de hoc dicto Fulg. parum sit curandum, cum ferè omnes Doctores teneant contrarium, vt videri potest. Et hæc etiam communis opin. est consuetudine roborata, vt dicit Imol. in d. c. cum eses, nu. 13. & sic non esset iudicando, aut consulendo ab ea recedendum. Extra vero terras Ecclesiæ, & sic in terris Imperij, nõ habet locum dispositio d. c. cum eses, sed omnino debet interuenire septem testes. Ita volunt communiter Doct. vt dicit

Corn. conf. 161. col. 3. littera H. lib. 4. & hæc opinio videtur de generali consuetudine roborata, vt dicit Bertran. eod. 178. in fin. lib. 3. in 2. par. Quod tamen intellige, vt procedat in foro seculari. nam in foro ecclesiastico, etiam in terris Imperij, seruatur dispositio d. c. cum eses, vt statim dicam. Et sic ex his omnibus collige conclusionem, quod dispositio d. c. cum eses, est obseruanda in foro ecclesiastico, vbi que, & in terris Ecclesiæ in utroq; foro. Et hæc est communis sententia, teste Corn. conf. 31. in littera B. lib. 2. & conf. 168. in littera B. eod. vol. & conf. 157. in littera A. lib. 4. à qua non recedas in practica: quia quantum ego vidi, apud omnes ita seruatur sine controuersia. Bene verũ est, quod illi duo testes, qui debent vltra parochianum interuenire, debent esse idonei, & sic omni exceptione maiores. Et hæc est communis opin. vt dicit Alex. conf. 177. post nu. 4. vers. Secundo respondeo, lib. 2. de qua non videtur dubitandum, ex quo ipsomet c. cum eses, dicitur, personis idoneis, &c. Quis autem dicatur testis idoneus? dixi supra lib. 2. §. testis.

Sed pone aliquis fecit testamentum, in quo adhibuit quatuor testes idoneos, non tamẽ aderat sacerdos parochianus; nunquid isti duo testes adhibiti vltra alios duos, supplebunt absentiam parochiani, ita vt testamentum valeat perinde, ac si ipse parochianus vna cũ duobus testibus adhibitis fuisset, iuxta dispositionem d. c. cum eses? Resp. quod sic. Ita tenet Spec. de instr. editio. §. compendio se post nu. 12. & hanc opin. dicit esse magis communiter approbatam, Bertran. eod. 15. lib. 4. quod ita tenent communiter omnes. Hæc etiã opin. attestatur esse communem Dec. conf. 284. nu. 8. quem refert, & sequitur Bello. conf. 14. post nu. 3. & Didac. in d. c. cum eses, nu. 63. Paris. conf. 31. post nu. 15. lib. 3. Et licet hæc opin. forte in puncto iuris non transeat sine difficultate: tamẽ propter auctoritatem Doctorum illam tenendum, credo quod in practica obtineret; neque ego audeo consulendo, aut iudicando, ab ea recedere, vbi que esse in foro Ecclesiastico, vel etiam in utroq; foro in terris Ecclesiæ. Et quãuis Corn. conf. 77. in littera D. lib. 1. & conf. 137. in littera C. libro 2. dicit communem opinionem esse, quod in vltimis voluntatibus, in quibus non interuenit presbyter proprius testatoris remanet ius civile inmutatum, & quod ita seruatur in practica: nihilominus ex supra allegatis apparet magis comunẽ opinionem esse in contrarium. Pro qua facit, quia semper plus creditur duobus testibus, quam vni, quant acunque dignitatis sit. Si ergo sufficiunt duo testes cum parochiano, d. c. cum eses, multo magis sufficiunt quatuor testes.

Sed quid si duo tantum testes in testamento interuenierit sine parochiano, nunquid tale testamentum valebit de iure canonico, secundum quod dicitur, quod in ore duorum, vel trium stat omne verbum? Respon. aliqui dixerunt, quod sic, & hanc opinionem dicit esse communem, Bald. conf. 404. libro 4. prout illum refert Ioan. Dilect. de arte testandi, tit. 2. caut. 2. num. 4. Ego non reperio illud conf. Bald. quia forte allegatur secundum aliam impressionem. Sed quidquid dicant Bald. contraria opinio est verior, scilicet quod vltra duos testes debet etiam parochianus interuenire: & est etiam magis communis, vt attestatur Imola in d. c. cum eses, post num. 13. & quia res est nimis clara, stultus esset, qui ab hac sententia recederet in practica.


QVAESTIO LVIII. SVMMARIA. Ex Claro.

- 1 Requiritur testes in testamento adhibitos esse rogatos. Et quid in testamento nuncupatiuo. ibid.
2 Et quid in testamento ad pias causas.
3 Et quid in testamento condito inter liberos.
4 Et quid in testamento militis.

ADDITIONES.

QVAEST. LVIII.

- a Fuisse rogatos. Item q; septem testes, qui requiruntur in testamento, rogari etiam debeant, comunem dicit Rol. conf. 33. nu. 3. vol. 3. quod etiã dixi in collect. mea comun. opin. in verbo, testis. vbi addidi reg. cum trib. fallentis. nu. 62. & nu. 63. & 64. post de comun. & magis comun. opi. An l. sufficiat testes esse adhibitos, esto, quod haud constaret illos fuisse rogatos. Adde etiam atq. vide pro opin. negatiua, quæ vti vbi. videtur magis communis, per Diaz. reg. 75. vbi citat Ias. limitantem quatuor modis in sciendum. ff. de ver. oblig. Item quod testis rogatus à testatore ex quo eius fides fuit approbata, haud possit postea reprobari, dixi supra q. 46. in fin. Giach. Nisi etiam appareat, liberos, vt testamento interfuerit, fuisse rogatos. De hac questione, & quantum in testamentis faciendis oportet testes esse rogatos, post Clarum nostrum, & alios latissime differant Michael Grass. lib. 1. recept. sent. §. testamentum, q. 38. Mascari. in tract. de probatio. vol. 3. concl. 1354. Nic. Reusn. in tractat. de iure testamentor. p. 3. c. 11. Harp. b An autem testes in dubio presumantur rogati? Quod testes in dubio non presumantur rogati, nisi expresse illud appareat, communiter DD. tradunt, Cynus, Alex. Bar. Bald. & Ias. in l. hac consultiissima. 21. C. de testam. Rolandin. in rubr. de test. nu. 10. & 11. Mantie. de coniectur. vlt. volunt. lib. 2. tit. 11. Mascari. d. concl. 1354. nu. 8. cum seqq. Reusn. d. p. 3. c. 11. nu. 9. alijque complures, ab his citat: apud quos limitationes nonnullas istius conclusionis videre licet. Harpre.



Non sufficit in testamento septẽ testes idoneos adhibitos fuisse, nisi etiã appareat illos, vt in testamento interessent, fuisse rogatos. Est de hoc tex. expressus in l. hæredes palam §. in testam. ff. de testi. Licet. n. regulariter in alijs actibus humanis non requiratur, quod testes sint rogati. l. ad fidem. ff. de testibus, & dixi supra lib. 2. §. testis. tamen in testamentis, in quibus, vt sepe dictũ est, maximus subest timor fraudis & falsitatis, voluit lex adhiberi testes non fortuitos, sed ad id in specie rogatos, vt diligentius ad omnia animaduertent. Et hæc quidem conclusio satis de plano procedere videtur in testamento in scriptis cõfecto l. hac consultiissima, in princ. C. de test. Sed quid in nuncupatiuo? Resp. quod pariter in nuncupatiuo debent testes esse rogati: & hoc siue huiusmodi testamẽtum nuncupatiuum fuerit sine scriptura cõfectum, siue etiã fuerit in scriptis redactum. Ita tenet gl. in §. si in verbo, adhibitis. Instit. de test. & est communis opin. vt dicit Boer. decif. 34. nu. 8. Nulla enim (iudicio meo) subest in hoc concludens ratio differentia, inter testamentũ in scriptis, & nuncupatiuum. Et quia hæc opin. non tiffima consuetudine vbiq. approbatur: non est aliquo modo de ea dubitandum.

- 2 Quæro, an in testamento conditio ad pias causas requiratur, & testes sint rogati? dixi supra q. 6. vers. Secundo inferitur.
3 Quæro et, quid in testamento condito inter liberos? dixi supra q. 8. vers. 3. Tertio inferitur.
4 Item quæro, quid in testamento militis, an scilicet in illo sit necessarius rogatus testis? Respon. quod sic. Tex. est in l.

diuus, ff. de testa milit, & est comunis sententia, vt ait Nat. ta in rept. §. imperfecto, post num. 164. Scias tamen, quod non requiritur ad testamenti validitatẽ, quod testes sint rogati ab ipsomet testatore: sed sufficit, quod sint rogati a Notario, vel etiã ab alio extraneo, presente tamen, & patiente ipso testatore. Ita colligitur ex gl. in Auth. rogati. in gl. 1. C. de testibus, & est communis opi. vt dicit Ias. in l. hac consultiissima, in princ. post nu. 2. verset debent. C. de testam. & ita et obseruatur consuetudo, vt dicit Ias. in l. serui electione, nu. 4. ff. de leg. 1. Ita etiam tenere Doct. affirmat Iac. de Rauenna in. §. fin. Instit. de test. quem refert Soc. in l. si quis ita, nu. 3. de rebus dubijs. subdens hoc. esse notandum, quia alias fuit multum dubitatum super hoc. Et ita fuit cõsultum per omnes Doct. Italia, & ideo ab hac sententia nullo modo esset in practica recedendum. Reperio tamen, quod Bauer. in §. sed hæc quidem, post. nu. 41. Instit. de videtur affirmare contrariã sententiã esse magis communem: quod f. testes ab ipsomet testatore, & non ab aliquo alio debeant esse rogati. Sed, vt ex prædictis colligitur, proculdubio in hoc Bauen. deceptus est. Propterea a priore sententia nõ recedas, quæ venior est et comunior, equior & consuetudine roborata. An autem testes in dubio presumantur rogati, & quomodo probetur rogatus testis, dixi supra lib. 2. §. testis. Quod vero dictum est in testibus, idem dicendum est in Notario. Ad hoc enim, vt Notarius possit de ipso testamento conficere instrumentum, requiritur, quod & ipse sit de hoc a testatore rogatus. Ita dixit gl. in §. nos autem, in verbo, Iniungatur. in Auth. de tabellio. quam dicit esse comuniter approbatam Soc. iun. conf. 178. nu. 3. lib. 2. & ita videmus quotidie obseruari. Hoc tamen locum nõ habet in testamento condito inter liberos vt dixi supra q. 8. vers. 3. inferitur. An etiam in dubio, rogatus Notarij presumatur, dixi supra lib. 2. §. Notarius.